

non Scholast<sup>h</sup>  
con

apud inferos, quis te celebrabit? Sed aliqui scho-  
lastici Theologi hinc discedunt à scripturæ uerbis,  
Et sententia, & sequuntur philosophos, ac docent  
homines ex uiribus naturæ, uel cum illa fide quæ  
habent demones, & impij sine fiducia misericor-  
diæ, & ante spiritum sanctum posse diligere Deum,  
& ex illa dilectione odisse peccatum (id enim uo-  
cant contritionem) ac mereri de cõgruo gratiam  
iustificantem, quod planè aduersatur toti scriptu-  
ræ, Et est ab Augustino confutatum in omnibus  
locis in quibus disputat contra Pelagianos. Quod  
autem articulus ait oportere adesse propositum  
confitendi, id uerum esse de confessione quæ fit Deo  
docet Propheta, cum inquit: Dixi confitebor ad-  
uersum me iniustitiam meam domino, & tu remi-  
sisti iniquitatem peccati mei. Verum quod nemo  
sit uerè contritus de peccatis maxime occultis, ni-

Confessio  
uad<sup>ua</sup> neaia

non  
& enim  
confessio  
papist<sup>ica</sup>

si constituerit ea enumerare sacerdoti, & pro ijs  
satisfacere Deo (Sic enim sequentes articuli de con-  
fessione & satisfactione loquuntur) id falsum esse  
docent & sacræ literæ, & sancti patres, & mani-  
festa exempla, sicut suo loco ostendemus.

#### Articulus 5. Louan.

**C**onfessus diligentiam legitimam  
adhibere debet, quo sacerdoti iu-  
dici